Universitätsbibliothek Paderborn

De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm, Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani Prouincias, Liber Singvlaris

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Sancti Iacobi Collegivm Louaniense.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

Visual Library

eſt, magna dignitas, & olim non niſi in Principum aut procerum filios collata. Notantur rectè ex ducum noſtrorum liberis, item è Lucemburgenſium, alijſque. adhæret dignitati honos, quòd is à nouo Principe, quoties auſpicia imperij ſuſcipit, iuramentum ſolenniter exigat, capiatque: in quo & Aduocatos ſe Canonicorum Diui Petri fore profitentur. Equũ deinde Principis, cui inſidit, donatiuũ habet: quem tamen olim Cantor vindicabat, & lis inter eos fuit. Eſt nunc in hac dignitate, vir ea & alia digniſsimus, Diuus Georgius Auſtrius: qui ipſo nomine inclytum genus prodit, & virtutes pro genere habet. Amorem certè & cultum ſtudiorum quę laudatiſsimi illius maximiliani Primi nepotem decent.

SANCTI IACOBI COLLEGIVM Louanienſe.

SANCTI Iacobi templum habet collegiũ Canonicorum, ſed ex tranſlatione. Primitus enim Dicuriæ in Gallo-Brabantia fuit: agente autem apud Aricolaum Quintiũ Pontificem Duce noſtro *Philippo Bono*, anno CCCCLVI. huc eſt tranſlatum. Mouit eũ, opinor, ſolitudo aut inopia opidi, ſic etiam attollendi: mouit & Academiæ adſpectus, quam Canonici decorè colerent, & ipſi ab ea excolerentur.

Ita Lipſius in deſcriptione Louanij.